



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

An illicita iuramenta sint seruanda?

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

Item puniat hereticos serentes falsa & impia dogmata, postquã res à pijs & doctis ritè iudicata est. Hæ pœnæ omnes sunt officia huius præcepti & habent exemplum in lege, **Leuit. 24.** Qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur.

An illicita iuramenta sint seruanda?

ILLICITA iuramenta intelligi debent, in quibus promittitur aliquid quod est peccatum, aut sine peccato præstari non potest. **V**t si quis promitteret sciens se facturum iniustam cædem. Talia iuramenta non sunt seruanda. **P**rimũ autem peccat iurans de re illicita, quia **D**eus non uult autoritate sui nominis fieri quod prohibuit. **D**einde maius peccatum est præstare talia iuramenta, sicut **H**erodes simulauit se coactum iurando interficere **I**oannem. **H**inc facile est iudicium de uotis **M**onachorum. **I**rrita sunt uota, in quibus hærent impiæ opiniones, quæ ledunt gloriam **C**hristi, et transferunt beneficium **C**hristi in opera ab hominibus excogitata, uidelicet, cum fingunt **M**onasticas **C**eremonias esse cultus **D**ei, qui mereantur remissionem peccatorũ etc.

**Vota Mo-
nastica.**

DE TERTIO PRÆCEPTO.

Quid præcipit tertium præceptum?

Obser-